UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Obligationibus Specialibus Certorum Statuum, De Sacramentis In Genere, Et In Specie, Et De Censuris Et Irregularitatibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDXXXIV.

VD18 90392167

Q. 5. Quænam requiruntur ut Indulgentiæ prosint defunctis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41032

Visual Library

Q. 5. Quænam requiruntur ut Indulgentiæ proſint defunctis?

Reſp. Neceſſe eſt 1. Ut pro illis in Bulla ſpecialiter concedantur: Indulgentiæ non proſunt pluribus nec aliis, quàm exprimat conceſſio; & tantum valent quantum ſonant. Nomine autem fidelium ſimpliciter in Bullis intelliguntur ſoli viventes, ut patet ex uſu: quare quoties Indulgentiæ ad mortuos extenduntur, expreſsè additur *Fidelibus vivis & Defunctis.* 2. Ut Fidelis vivens omnia opera injuncta ritè perficiat ex intentione lucrandi Indulgentiam pro mortuo, ſitque in ſtatu gratiæ, ſaltem cùm ultimum opus impletur.

TRACTATUS
DE
EXTREMA UNCTIONE.

EST Sacramentum à Chriſto inſtitutum ad conferendam, ægroto de vita periclitanti gratiam, ad reſiſtendum tentationibus, ferendum patienter dolores, & peccati reliquias abſtergendas, atque etiam ad corporis ſanitatem, ſi expediat, reſtituendam, per Unctionem olei benedicti, & orationem Sacerdotis.